



Schwäbisch Gmünd
Stadtarchiv

Stadtarchiv Schwäbisch Gmünd | Augustinerstr. 3 | 73525 Schwäbisch Gmünd
stadtarchiv@schwaebisch-gmuend.de | 07171 / 603 4150

Bestand D 03

Signatur Bu 71

Schwäbisch Gmünd, den 08/12/2020

Stadtarchiv
Schwäb. Gmünd
Best.

D3 Nr. 71

Anna 1/67

SSB

St...

...

...



...

Statuta

Fraternitatis Gamundiensis

1403-1443

-1715.

scripsit
Rudolf Weser

1403-1443

Statuta Fraternitatis

Albat Fyftlybz an gziqvib 1530 (19)

Sequuntur statuta fraternitatis nostrae a reverendissimo episcopo Augustano dno nostro gratioso roborata et confirmata. Et sunt talia:

Item quilibet confrater antequam recipiatur ad fraternitatem et distributionem praesentiarum det libram Hallensium. Et deinde promittat fide data loco iuramenti fideliter observare infrascripta statuta et ordinationes sine fara

Item omnes capellani praesentes et futuri promittant obedientiam plebano et fraternitati in licitis et honestis. Similiter plebanus promittat fraternitati, et quod fideliter promoveat honorem et utilitatem fraternitatis nisi alius quisquam recipiatur.

Item nullus recipiatur ad nostram fraternitatem, nisi prius sit plebanus aut capellanus in ordine sacerdotali constitutus

Sequuntur statuta socios in divinis concernentia, qui recepturi sunt ad servitium (recipiendi):

socios

Item quod plebanus fideliter promoveat honorem et utilitatem fraternitatis per se et suos socios et equanimiter se tenet ad omnes confratres unatum suis socijs.

Item socij plebani, qui in servitium recepti fuerint, promittant plebano in convocatione fraternitatis, ut quod fideliter promoveant fraternitatem et pronuntient fraternitatis confirmationem cum indulgentijs sociens quotiens opus fuerit, aut per procuratores requisiti cum alijs necessarijs fraternitatis.

Item ut socij plebei non incipiant pro-
curatores in eorum officio

6

Item ut socij plebei ^{quando} quem post quartam
lectionem ad vigiliis venerint aut de mane
infra missam pro defunctis post offertorium,
nullas praesentias petant nec recipiant,
nisi fuerint in negotio ecclesie rationabiliter
constituti. Officiarius vero reges vigiliis per
se aut alium suum socium.

7

Item si quid discordiae inter socios aut capellanos
seu confratres ortum fuerit, ad plebanum deferant
aut procuratores, qui cum confratribus
causam audiant et expediant nec quisquam
sociorum praesentias habeat petat aut recipiat
nisi promittat promissa.

8

Finis statutum sociorum et sequitur:

Item quascumque aut quotiescumque plebanus
necnon procuratoribus fraternitatis convocacionem
faciet ob utilitatem fraternitatis aut honestatem
cleri vel quavis alia causa legitima. Tunc
omnes confratres sine dilatione veniant nisi legitima
causa quis impediatur.

9

Item quicumque sine legitime vocatus non venerit
nec obtenta licentia a plebano aut procuratoribus,
solvat solidum Gallensium.

10

Item si quid novitatis discordie aut dissensionis
inter capellanos aut quoscumque confratres
ortum fuerit ad plebanum et procuratores
deferant, qui si viderint expedire confratres
capellanos convocent. Et secundum eorum
consilia aut majoris partis expediant. Ita
aliquis confratrum insolenter verbis aut
factis peccumpat. Quod si secus per quem-
cumque confratrem factum fuerit, ad arbitrium
plebani procuratorum aut majoris partis confratrum
secundum quod excesserit puniatur.

11

2

Item si quis ad nuptias quascumque vocatus 12. *sp. ista in-
gafigt
mit andern Lit. g. 12.*
invitatusque fuerit, non obligatur duobus diebus
nuptialibus vigilias frequentare, sed poterit
ab eisdem esse excusatus et immunis, nisi ultro
et sponte esse devotione eisdem interesse velit.

Item quisquid actum aut tractatum fuerit per 13.
comprates in convocationibus omnes secreta
teneant nisi revelandum fuerit secundum
conclusionem fratrum.

Item qui unquam ea compratribus personalem resi- 14.
dentiam non faceret. solum hic tempore isto
quo praesentia distribuuntur, Et si ad forum
veniret, praesentias nullas habeat petat nec
recipiat.

Item distributiones praesentiarum per procuratorem 15.
fiant de sera in vigilijs sub quarta lectione.
ea finita nullus postea veniens praesentias
habeat petat nec recipiat. Et de mane in
misse pro defunctis post offertorium. praesentias
vero legentibus missas sub eodem officio
et primissario dentur.

Item in omnibus diebus dominicis et festivis 16.
comprates habitandi sint in choro in primis vespere
in publicis missis et in secundis vespere sine fara
aut legitima causa

Item tempore obsequiorum aut anniversariorum 17.
nulli liceat recipere praesentias nec debentur eis
dari qui alias celebrant sive in monasterijs mona-
chorum aut aliorum ubicunque locorum nisi
in ecclesia parochiali aut eorum beneficijs sine
speciali licentia plebani aut procuratorum sub
pena quinque solidorum tallensium.

Item procuratores debent recipere penes pecuniales 18.
a singulis compratribus delinquentibus in statutis aut in
correctoribus nostre fraternitatis.

Item quilibet confrater postquam acceperit mortem
aliorum confratris tenetur eidem defuncto legere 19.
quinque missas pro defuncto cum quinque vigilijs
et tot placeto; primam missam pro ^{fratre} defuncto
secundam de septimo eiusdem defuncti; tertiam
de tricesimo et infra annum quartam missam.
Quintam vero de eius anniversario.

De electione procuratoris &c.

Item quandounque fieri debet electio procura- 20.
toris tunc omnes capellani simul eligant duos
qui adinvicem plures retineant unum de priori-
bus quem voluerint et alium eligant quem sibi
adiungant.

Item si quis vero sit electus onus procurationis et
huiusmodi assumere recusaverit, ad tantum huius
tempus quantum electus exstitit, presentijs aut
distributionibus solitis et consuetis careat sine
quacunque contradictione.

Item qui cumque ex confratribus fraternitatis obligati 21.
fuerint sive ratione computationis aut ratione
censuum vel alias quovismode colore quesito
procuratoribus electis infra spatium unius mensis
satisfacere tenentur requisitis a procuratoribus.

Item qui non satisfarit, in tanto tempore careat 22.
presentijs.

Item procuratores electi mox singulos debitores 23.
procuratorum predecessorum moneant etque
requirant sub penis prestatis.

Item quilibet procuratorum habeat clarem ad 24.
certam cistam aut piceidem, in qua ponant
bona que fraternitas habet in deposito aut
latuerit. Nec huiusmodi bona alienare debent
absque scitu fraternitatis nisi de hijs opus
fuerit ad distributionem presentiarum.

Item postremo attendentes fraternitatem nostram 26.
fraternitas temporibus occasione presentiarum
notabiliter fuisse dampnicatam timentes
id in posterum verisimiliter fieri posse Et
ad obviandum futuris periculis laboribus et
expensis de beneficijs de novo fundandis Et
capellariis in eisdem forsan instituen-
dis provide statuimus et ordinavimus quod nullus
deinceps in huiusmodi de novo forsan fundandis
beneficiis ad perceptionem presentiarum admittatur,
nisi pro conservatione fraternitatis nostrae
et fructuum eiusdem donec sine diminutione
et realiter solvat ducentos florenos ^{et} renenses
bonos et legales irreversibilitate.

Item antefata fraternitas voluit ac firmiter observare 27
decrevit ut quivis capellanicorum aut fratrum
de fraternitate assit aut introsit vigilijs
quatuor temporum scilicet feria quinta de vero ^{et} scribit
et feria sexta proximum affutura de mane in
ecclesia inibi missam celebrando pro defunctis
sub pena unius solidi Hallensium irreversibilitate
a quovis confratrum transgressurum illud
statutum persolvendi sine ulla contradictione ^{et} nisi
nisi legitimis ratione et impedimento obstantibus. ^{et} sine

Item deinceps debuit voluit etque decrevit supradicta 28.
fraternitas quod rector scoliarium pro tunc temporis
pro se pro unum cantorem aut unum de locatis
superpelliciatibus introsit vigilijs facta vigilijs
computatione. Et de mane missam pro defunctis
peragende. Attendentes fideliter ut vigilie integre
totaliter et pensationem et officium pro defunctis
de mane devote peragentur seclusis in his in-
solentia cavillationibus ac quibusvis iniqui-
tudinibus a scolariis fiendis sub pena carentie
presentiarum pro eisdem vigilijs tunc cedendis
irreversibilitate observanda.

*
Nay cum Not. exemptis ipse Capit. sunt inserti.
A senioribus ordo observatus est supra dictus
Nostro tempore et consuetudine alteratus.

Item statuta prescripta possunt augeri, vel minui 29.
iuxta mentem consuetudinum et proprium sine
utilitatem fraternitatis nostrae.

Item ultimo supradicta fraternitas statuit et 30.
decrevit quod in processibus quibuscumque
omnes ac singuli capellani secundum senium
ordinis sacerdotalis iuxta formam suam com-
putando incedant magistris et in dignitate aut
gratu maiori exemptis. ¶

Haec statuta prescripta sunt confirmata et
roborata auctoritate ordinaria super hijs examine
praeterito peracto a iudicibus gratiosi domini
dñi Episcopi Augustensis. super quibus habetur
instrumentum publicum in scrinio nostrae
fraternitatis. Insuper littera originalis super
indulgentijs nostrae fraternitatis etiam conti-
netur in loco ubi supra.

Finis statutorum confirmatorum

Et sequuntur alia statuta a fraternitate
supradicta

Sequitur statutum ante electionem procuratoris
concernens omnes et singulos confratres &c.

Cum memoria et sollicitudo omnium fratrum existendum
in venerabili fraternitate debeat esse quotidiana ut
bona quae testata sunt, pro remotione animarum propter
iniuriam et impunitiam procuratoris non decrevant,
sed potius diutinam augmentationem assumant, statuit
atque decrevit tota fraternitas, ut in electione procura-
toris quivis confratrum fidem det loco iuramenti, quod
absque dolo et fraude eligere velit procuratorem et facere
iuxta consuetudinem prout responderi velit altissimo in
motis articulo. Et praesens statutum dominans ple-
banus vel cui committitur in congregatione coram
omnibus confratribus tempore et die quo electio pro-
curatoris fit prius legatur et nullis modis omittatur
sive praetermittatur.

Sequuntur statuta ad procuratorem novitus electum 28

Cum lex et canon clauitent omnia officia et servitia cum securitate solidare. aliqua cum solenni iuramento et prescriptum

Primo ergo iuret procurator seu fidem loco iuramenti praestet, omnes dies anniversarios atque plebanus et fraternitas sunt prescripti fideliter locare seu ponere nullum vel nullos omitendo, ut omnes peragere curet cum vigilijs officijs deprecatorum matutinis luminibus apposis placeto cum omnibus atinentijs.

Secundo vigilie seu matutinae quae se extendunt pro legentibus missas, illas non ponet seu locet ob propriam utilitatem vel ad factorem ducius alterius, sed solum respectum habet ad ecclesiae utilitatem ac omnium fratrum. Et diligenter attendat quod vigilie matutinae ac divina officia cum devotione a rectore scholarium peragentur.

Tertio absentis cum magna diligentia considerare et penas ab eis exigere et ob nullam causam alicui parcere.

Quarto residua ac omnia bona fraternitatis sub maxima custodia servare et tempore computationis omnia et singula presentare semoto omni dolo et fraude.

Quinto bona fraternitatis cuiuscunque ponderis existant nemini accomodare seu mutare absque licentia plebani et fraternitatis

Sexto si contigerit seu evenerit feoda plebania vel alia bona fraternitatis vacari per mortem vel liberam resignationem A. vel B. nullam propinam vel munusculum recipiat de resignatione vel acceptante. feoda

Item perpetuis temporibus nullus procurator electus assumi nec admitti debet ad unum officium nisi praenotatos et praescriptos articulos iuret seu promittat. ^{quare} qz illi articuli validum atque perpetuum obtineat continere debeat.

Sequitur statutum cleuigerum nouiter
electum concernens.

Item wir haben auch geortnet so man procuratorem welet,
so soll auch usz den andern gemainen brüden ainer gewelet
werden mit demselbigen der drit schliuss zu der brüderschafft
leben überantwort mit bevolhen werden, derselbig soll
auch abhandiren das genant brüderschafft hat und gelt in
ir leben und nach ninderst behalten mit beschlossen
werde. Es sollen auch obbestimpte procuratores nichtzeit
namhaftigs von demselbigen gemainen brüden es sei mit
kauffen, verkauffen, gelt empheben weder von handlon
werglözin iortagen oder andern accidentibus
einnehmen oder empheben. Dergleichen uogewönne die
tägliden distribution der presents, welche distribution
mit mer dann zu der notdurfft usz obgenantem latin
gewönne soll werden. All anse setzen es inn der
brüderschafft nutzungen gehörig, es sei gebracht
oder anders on sin wissen oder by wesen verändern
oder veruoken inn keinerlei weg. Und ob sich
begebe, dass dies off genantem superatendens mit an-
haimst zu iedlicher zeit enogz können, also dann soll
er den im bevolhenen schliuss gemainen brüder
überantworten mit nit einem procurator. Es soll
auch dies obbestimpter superatendens in seiner
election dieses alles obgeschribes schick zu halten ge-
loben mit schwören, all arglist hierinn vermitten.

Die caplan ire capellen oder altaria zu veruden
antreffen(?) sequitur statutum.

Als man salt von Cristigepust fünfzigentunntent 1515.
mit fünfzigten jar uff samstag nach Assumptiois
marie sind die nachfolgende statuta inn
gemainer versammlung ains pfarrers unnd gebrüder
unser brüderschafft an gewonlicher stat so wir
convocationes pflegen zu halten gemacht worden
mit auffgericht, mit einhellighkeiten beschlossen
mit staten zu halten gelobe.

Item so ainer oder mer unser brüder uff den tag so er
in seiner capelle oder altar mess zu lesen verpflicht
ist, anderswa wölt celebriren, soll er also dann
genantem sin mess mit ainem andern priester versehen.

Bestoch so er ein andern will haben, soll er allen
flugs ankern, das er einen aus den brüder name.
Wa er aber keinen finden könnte, mag er einen
fremden nemen. Ob aber ein fremder um suach
wilt celebriren mit der brüder umgeld, mag
er alstann den fremden wol annehmen. Item wa
aber er continuiert würde, das er mit obigen
by den brüder angehört het mit im angegantz we
worden einer der ihn verset het wollen, den er
usg nyd über anders nit eranden het wollen, soll
er alstann mit ansehung gmainer versammlung
gestrafft werden. Alle gefährlichkeit ausgeschlossen.
Ob aber er negligiert mit sein altar nit durch sich
selbs über einen andern verset, soll man im kein
legentibus geben.

Statutum des licentiam antreffen.

Item wann einer licentiam beger, soll man im
verwehren, er habe legitimam causam, und im
vergunden. Ob sich aber begeben das er continuiert
würde nit kurz über lang, das er on ^{er} schaffe ur-
sachen licentiam postuliert het, soll die sache
by der brüder affe mund der mer teil irer stimmen ston.

Statutum pro infirmis compatriotis volentes
visitare medicos seu Balnea naturalia ??

Anno dni (15) XVIII uff Gultentag nach dem Sonntag 1519.
Reminiscere in versammlung gmainer Brüder sache
ist der kranken Brüder halben, so ihnen usg notdurfft
irer lyb im über usserhalb der statt Gmünd
not sin würde doctores über arzt zu suchen
über in Baden, gmeinlich beschlossen worden:
das ein jeglicher brüder usg krankheit seins
lybs unum gewontheit und auffenthaltung ins
leben mag suchen einen erfahren arzt über
doctorem, aut usserhalb der statt Gmünd; ist
im zu gelassen ein monat lang, und soll
im nicht destwinder sin presents gerichte

und gegeben werden. Jeglicher ob einer usq notturfft uns lybs
würde ein bad suchen, es sey im der stat Gmünd oder
anderwa, soll im abermals ein monat zyt erlaupft sin
on beranbung der presentis. Wa sich aber in solcher zyt ein
zith nit würde besom zu gesundheit, mager solchs eines
brüterschafft anzeigen unnd ^{ir}yer urlob begern, doch
so soll im solchem kein gefärligkait gebraucht werden.

Edensis mandati quinque missas concernens,

Off mittwoch nach Lesare [15]^{RVI}16 haben pfarres und
caplan gmeinlich concludiert. Wiewol in unsem
statuten begriffen ist, wann einer usq unns den
brüden mit tod abgang alstann ein ieglicher
priester unns brüderschafft dem selbigen verstarbten
fünf messen lesen soll: nemlich unns den ersten,
ziben den unnd dryssigsten ²⁷ so aber wir doch ietzumit
gewohn unnd ainhelligkeit gantz, wöllen auch semlichts
für unns für stat halten. das nu firohin so einer
us unns mit tod verstaridet, allweyer unns pro-
curator so bald nit erst solchs gesin mag ainem
ieglichen brüden zwen tag im der wochen bestimmen,
uff welche tag kein legentibus ein soll; unnd welchen
er procurator also anragt, die sollen dem verstarbten
messen lesen. Jedoch so sollen die selbigen lesenden ire
ppriunt unnd altar nit versehen unnd die verpflichten
ire pprianten messen damit auch usgrieten. Es
sollen auch gebarte celebranten kein votif legentibus
rost anders zu diuun messen nemen, besondir gantz
frö un gotzwillen unnd der gestariden sel zu
kost volbringen. Ob aber sach wäre, das einer über mo
re nit usg ^{er}schaffen ursachen uff im bestimpten tag
von dem procurator kinde oder inichte celebrant, so
soll er doch den nexten tag in der selben wochen so er kan
semlicht volbringen unnd dem procurator anzeigen
mit der gestalt das er die messen der massen halt wie
obbegriffen ist so lang unnd vil bis gestarte fünf
messen von unns ieglichen volbracht werden. Welcher

1516.

aber anders erfunden würde oder sich ungehorsam
bewise, soll nach unserer billigen erkennung gestrafft werden.

[damit hier obgesetzte fünf messen pro aliquo patre defuncto
desto ordentlicher gehalten mögen werden es sey gleich
in primo, septimo, tricesimo, inpa annum sicut in anniversario
aliquo patris defuncti, so soll presentarius auff solchem
tag sonst gar kleinen verlag der bruderschaft legen]

Apitem Bpfe!

Item wijter ist geordnet ob wunder wann ainer
oder ^{meer} durch krankheit sins lybs oder andere
mangel, welcher gehalten die weren, mit tougenlichkeit
dise oder andere messen zu volbringen, der selbzig
soll nichtdestruieren ainen anderen priester bestellen,
der an siner statt sunlichts volbring. we das nit
gesthäch, haben procuratoris gut macht, sie sollen
auch sunlichts keinswegs wunder wegen lassen, ainen
oder mer priester bestellen, das die fünf messen
volbracht werden. Und dem ungehorsamen bruder, als
vil sich kriumbt gepürt am siner presentis abziehen.

Note Summa a dno nro Gratioso Episcopo Augustani
impositam Et a venerabili dno decano capitulo in locis
seu in domo antiquum registrum a singulis Capellanis
notree fraternitatis ut sequitur receptum et imburseum
Anno dno 4 diebus octavo

1518.

- 1 Item venerabilis dno plebanus in Gmunt dedit 5 gulden
- 2 Item capellanus sancti petri ad S. Johannem dedit 1 gulden 3 bet.
- 3 " " " Andrehe " 1 lit 4 ff 6 bet
- 4 " " " Achely " 1 gulden 6 bet.
- 5 " " " " Katherine in eort b. merie " 1 th 3 ff.
- 6 " " " " Leonhardi in eortum dedit 1 th 7 ff minus 4 bet. Df. dedit
- 7 " " " " Martini ad S. Johannem " 1 gulden 7 ff.
- 8 " " " " Apollonide dedit 17 1/2 gulden
- 9 " " " " Nicolai in eort B. Marie " 1 gulden 13 bet
- 8 " " " " Annae " 1 gulden.

Item capitulum Sanctae Helenae dedit 1 gulden 4 beten.
 " " sancti Iohanni " 1 gulden.
 " " " Thome " 15 beten 7 ff.
 " " s. Mariae Magdal. " 2 ff. 7 ff.
 " " s. Katharinae quae leprosa " 1 gulden 6 beten.
 " " s. Leonardi in deserto et sancti " 2 gulden 6 beten.
 " " BMV in Hosp. " 1 gulden 28 ff.
 " primissimus s. Christophori ^{pari} et s. Iohanni " 1 gulden 12 beten
 " " BMV et sancti minor " 2 gulden.
 " capitulum primae missae dedit 8 beten.
 " " s. Viti " 1 gulden 1 beten 4 ff.
 " " s. Sebastiani " 1 gulden 11 beten.
 " " s. Nicolai in hospit. " 1 gulden 9 ^{den} ff. (29 1/2)
 " " s. Barbarae " 2 gulden 3 ff.

finis huius.

In Regimine statuta.

Statutum

Item anno dñi 1570 de letatibus Martij ipse in convocacione 1570.
 publica ab omnibus presbiteris hujusmodi vocatum,
 siamque sua gratia se usque, in omni die vespere
 et ultima officia mit etiam propter absentes pro
 ministris vocatum sunt et in unum quibusdam
 solummodo tempore, se per se facerent in unum quibusdam
 factum vocatum, deinde in festo omnium, deinde
 in festo iudicis, et loco in unum presbiteri unum,
 sup in festo sancti Dominici et festo diebus in
 vespere vespere, in suo diebus habitis per unum quibusdam
 finem, deinde in festo in unum quibusdam mit se per se negligens
 vocatum, deinde in festo in unum quibusdam pena deinde factum,
 post in festo, se presbiterorum vespere eorum negligens,
 vespere in unum quibusdam, deinde in festo in unum quibusdam
 presbiteris huiusmodi negligens, in unum quibusdam deinde in unum quibusdam

13

Statutum fratres abentibus et in alio loco esse
recipientes concernens

Cum ex nimio commiserationis affectu quidam ex nostris
fratribus a nobis discordantes ex gratia et non debita propter
consuetudinem nostrorum maxime pie memorie Intercessum
Residuum seu ut vocant neglectorum tempore
dissensionis nullo obstaculo a Fraternitate participes
effecti fuerint, quem morem sola benignitate nostrorum
instructum vim legis obtinere incipientem
anno domini 1584 7. Augusti Fraternitas unanimiter
abrogavit, inasper statuens perpetuis temporibus et
omnibus nullis excepto observandum decrevit, Si
quis in posterum propter a nobis in alium locum
ante tempus computationis Fraternitatis nostrae,
ubi singulis annis circa Festum S. Martini Ep'i
fieri assolet, comminget omnibus Residuis
aut Neglectis, quos carcat nec quidquam
de illis recipere praesumat et si petat, tum
non recipiat. Actum anno et die ut supra.

1584 = Magister Joh. Schrock
parochus

Anno domini 1585 in convocatione publica 1585
consensu fere omnium fratrum obtinuit
in. patrisant nostram, soll sing' alpe perpetuis
temporibus yofulten nostram, unntif, unnt
ifamantib' inter fratres nostros, ab pogan glagf
pferofen, koplun vte gelfpe in vesperinis precibus
sive Dominici feriatis aut alio quibuscumque
diebus anni ad quatuor psalmina in choro
decenti suo habitu mit praesens p'u nntit,
soll is poena pecuniaria eadem de que supra
folio praesenti proprium statutum et si
integras vesperas neglectisset, yofurp yofurp.

Cum ante aliquot annos iussu singulare 1594
mandatum Reverentissimi Parochus nec non
caeteri capellani singulis septimanis per totum
annum, secunda videlicet et quarta et sexta

feriis huius in cloro Divae virginis Mariae pro
pace ecclesiae et contra eiusdem persecutores,
praeter solitas et quotidianas etiam preces
ad Deum cum Litanis fructere teneantur: Proinde
statuit et ordinavit veneranda fraternitas sermo,
ut si quis vnde fratres civitatis, abque legitima
causa temere negligere praesumpserit, eadem,
qua pro Tesperis sive vigiliis poena, videlicet
solido plectatur: Actum anno 94 die vero
mensis Martii 11.

Anno 1597 ultimo Septembris collectis factum 1597
suffragiis statutum et ordinatum est sermo, ut
quilibet capellanus fraternitatis nostrae tempore
saltem necessitatis sicuti coadunator obligatus
sit, ad ministrare venerabilia sacramenta
et invisere infirmos. sive sit specialiter
requisitus vel personarum defectus adfuerit
siquidem animarum salutem quilibet pro-
movere et scandalum publicum evitare
teneatur. Quod si quis temere huius negligere
praesumpserit, non solum presentibus careat
sed omnibus bonis fraternitatis privetur.
Actum ut supra.

Statutum frumentum singulis annis
per fratres gratis distribuendum
concernens.

Anno dñi 1607 die 17. mensis Januarii totius 1607.
Fraternitatis unanimi consensu conclusum et
sanctum est, ut perpetuis temporibus consue-
tudo ista non ea debito sed gratia tantum
et vero commiserationis affectu introducta
rite observetur, ut singulis annis procurator
Bonorum post Festum purificationis B. M. V.
in convocatione omnibus patribus congregatis
unanimem eorum consensum circa frumentum
gratis distribuendum ad terminum (D. C. Lactare)

constitutum, videlicet singulis 3 metris requiritur (in alter) quo pro illo anno obento tall frumentum nullo nisi terminum dictum vivus vel defunctus per triennium attingat gratis recipiat et si recepit tamen solvendo fidem datam recipiat. Actum anno et die ut supra.

Et hoc statutum firmum ac validum est, si tantum etiam secundum aut tertium diem ante Laetare attingat et ista clausula ab omnibus Confratribus concessa fuit anno 1615 die vero 23 Aprilis.

9 pt - 1500 / 2 pt.

Quoniam diebus illis sollemioribus quibus antea Reverendi Fri Confratres et alii mensuram vini acceperunt, et proinde nonnulli in domo nostra, veteri de more combebant, ad inconvenientias dimovendas Placuit toti Reverendae Fraternitati, dies istos festivos, quoad laetum faciendum, in proxime sequentem vel aliud commodius tempus differre. Idque iuxta arbitrium Reverendi Fri Parochi, Procuratorum ac Seniorum. Actum in publica convocazione prioris sanctae crucis exaltatae anno salutiferi Clivisti MDCXXIII.

Anno Salvatoris nostri MDCXXIX de consensu omnium fratrum laudabiliter conclusum et sancitum est, ut deinceps quotiescunque vesperi tantum Placibo ut dici conveniat, pro defunctis recitabitur, illo finito absolutio ad sepulchrale fiat, cantando Libera me domine &c. (et sequentia)

Eodem anno etiam confirmatum est statutum de tribus maldris frumenti gratis distribuendis ut deinceps terminus Inceptionis et Desitionis observetur Festum Purificationis B. M. V. ita, ut quisque fratrum sive per mortem sive per resignationem discedat pro Rato erinde numerato recipiat partem sibi competentem.

Ad perpetuam successorum memoriam.

Anno Salvatoris In nri Jesu Christi MDCXXXII^o die Martis
die Januarii, hora antemeridiali nona, visum fuit Totius
Fraternitati nostrae in Spiritu sancto congregatae, videlicet Prae-
sidentibus nominatim descriptis: Almo Rev^o Fr^o M. Joanni
S. Heicher parochi et decano; Fr^o Kristophoro Katzenstein,
Capellano S. Nicolai in Hospitatu, Fraternitatis clavigero
et seniori, Fr^o Laurentio Fertzer, cap^o BMV in Hospitatu;
Fr^o Doctori Andree Bener, capellano S. Andreae et
S. Viti, Fr^o Joanni Hakel, tum Procuratori, capellano
S. Jacobi majoris, Fr^o M. Joanni Johano, capellano
S. Leonardi extra muros, Praesentiaro, Fr^o M.
Casparo Storr, capellano S. Katharinae extra ^{moenia} ~~moenia~~
Fr^o Joanni Bentzell (Bentzell) capellano
S. Martini, capellano item S. Jacobi Fr^o Jacobo
König, et Fr^o Joanni Eyselir, capellano
S. Sebastiani. Quoniam tanta iam per-
secutio Catholicae Religionis praesertim a Rege
Sueco in imperio invaluit, ut et civitas haec
nostra Gamundiana summo et extremo discrimine
anxia periclitaretur, in vinculo fraternae et
conmunitissimae charitatis unanimiter conclusum
ac definitum, praeindeque statutis nostris inviolabiliter
servandis insertum est, ut si quis (ne forte ani-
marum nobis pro tunc conceditarum ulla neglectio
quantum in nobis erit, interveniat) nemo ex hostibus
a sua ecclesia discedat. et si unus, alii, tertius,
quartusve et plures forsitan ab hoste interimantur,
(nempe licet causa faciat martyrem, ad martyrium
tamen aequae conditiones requisitae necessariae
sint, et homo necesse est utrum amore an odio est
dignus) perpetuis temporibus quotannis pro eximibus
hominum ac parentum et omnium consanguineorum
anniversaria recordatio fiat Dominice ante Popule
e suggesto intinenda, tum vesperis defunctorum et
integris vigiliis de sero et mane ab omnibus praesentibus

1632

nullo escluso sacrificium Mediatoris ac Salvatoris
nostri Altissimo Deo offerendo, cum tribus decan-
tandis officiis et compensationibus peragenda.
Ad quae omnes confratres perpetuis temporibus
obligati gratis sunt. Actum anno et die ut supra.

Anno a Salvatione Inj nre Jon Th 1636 vicesimo 1636
die Augusti. quia ecclesiae Dei non discordiam
aut discordiarum seminarium praesertim inter Cleros
sed potius caritatis et dilectionis perpetuum
vinculum, statuit Fratres nra unanimi
consensu et sero observari vult ut perpetuis
temporibus si frater fratrem inter nos iniuriose
vel scandalose verbo vel opere allocutus fuerit,
et provocaverit ad contraventionem aliquam
in templo Dei, semper plebano Imperiali Palato
Actum anno et die ut supra.

Anno Inj 1715 Sabath 20 Junij a Fata Venabili 1715.
Fratres in Spiritu S congregata conclusum et
statutum fuit, ut deinceps, si quis ex R. D. D.
Confratribus per suavisimam ordinationem Divinam
aegrotus fieret, et e domo exire neque missam
legere posset s: supposito quov talis iam per
sex annos in fraternitate catibit si non solum
de Vigiliis et Plavebo sed etiam de Anniver-
sariis cum tribus et etiam duobus officiis
celebratis, sicut caeteri legentes confratres,
praesentias recipiat. Actum ut supra anno
et die.

Das Anniversar 1748 folgt folgendermaßen:

Nota Anno 1688 die 3. Julii seindt die
Statuta Fraternitatis
abgelesen worden, darauf jedesweller loco iurament.
data fide angelegt selbe zu halten und gleich darbey
beschlossen worden, die sein sauber widerumb in
ein neues buch abzuschreiben.

Ist auch damals beschlossen worden in con-
vocatione, dass der Wothner sponsum et sponsam
solle examinieren, möge den nach- und dritt-
wothner darzu ziehen.

Eudovius Scipacia Episcopus Taurinensis,
saevanitate Pasileensis Synodi Generalis
Universalem Ecclesiam representantis Legatus
per Germaniam, specialiter deputatus, venerabilibus
Augustensis et Spirensis Ecclesiarum Praepositis
salutem in Domino sempiternam.

Ablaus-Brief
1443.
Nov. 18.

Nostri officii debito concernit, ne his, quae
ad populi devotionis nec non divini cultus augmentum
ordinatae sunt nostrae immo verius universalis
Ecclesiae munimen gratiose adiciamus, ne
imposterum incommutabilibus conquassetur
quovismodo, sane pro parte devotorum Confratrum
Confraternitatis in Ecclesia Parochial.
Beatae Mariae oppidi Gamundensis Augustensis
Diocesis, petitionis series continebat, quod ipsi,
quorum aliqui eiusdem Ecclesiae Capellani
existunt, et qui pro tempore fuerint sebo
Devotionis incensi inter alia, et pro vivis et


defunctorum commemorationes et alia pia suffragia necnon etiam
eisdem defunctis dictae confraternitatis vigiliae, missae et exequiae
cum candelarum et luminarium aliisque oblationibus certis ad haec
statutis anni temporibus, quibus etiam singuli de confraternitate
solent interesse, praedictae peragantur, quemadmodum peraguntur,
ita tamen, quod praesentiae et distributiones praemissorum occa-
sione provenientes, solum et dumtaxat capellani supradicti
cadere consueverint, ac hodie de antiqua et legitime prae-
scripta consuetudine cedunt, pro tanto nobis humiliter
supplicari fecerunt confratres memorati, ut huiusmodi
institutionem, ordinationem et consuetudinem approbare
et confirmare, nec non dictam fraternitatem aliquali indulgentia
sive remissionum largitione decorari et prosequi di-
gnaremur.


Nos igitur volentes, ut dicta confraternitas congrua
devotione frequentetur, ac ut Christi fideles ad interessendum
vigiliis exequiis missis atque commemorationibus praexpressis
et pro illorum uberiori continuatione fortius animentur et ad
id promptius manus porrigant adiutores, quo exinde magis
animarum commodum se speraverint adipisci, auctoritate
legationis nostrae, qua fungimur in hac parte, institutioni,
ordinationi, consuetudini, promissae nostrae seu verius universalis
ecclesiae auctoritatis munimen et robur gratiose adiuvimus,
eaque tamen sine iuris parochialis ecclesiae praedictae praesudicio
approbamus et confirmamus. Quocirca discretionibus vestris
per haec scripta mandamus, quatenus vos aut unus vestrum
praefatos capellanos et alios confratres in iure ipsorum et
consuetudinibus rite praescriptis consuetis, contradictores
quoscumque per censuras ecclesiasticas, appellatione postposita,
compensando et insuper de omnipotentis Dei misericordia, univer-


salis ecclesiae auctoritate supradicta confisi, omnibus vere
paenitentibus confessis et contritis, qui dictam ecclesiam
devote visitaverint, ac vigiliis, missis, exequiis nec non
commemorationibus, praedictis cum oblationibus solitis
interfuerint, nec non pro illis continuandis et peragendis
manus adiutrices porreaverint, ut praefatur, unum annum
indulgentiarum et unam quadragesimam de iniuriis
eis paenitentis auctoritate qua supra in perpetuum miseri-
corditer relaxamus.


Datum in Bisaco Constantiensis Diocesis die 18. mensis
Novembris Anno a Nativitate Domini Millesimo Quadring-
tesimo quadregesimo tertio.

18. Nov. 1443.









7
7